

CONSPECTVS GRAMMATICVS CAP. VII

IŪLIUS SYRŌ ET LĒANDRŌ, IŪLIAE, SERVĪS, ANCILLĪS MĀLA DAT (cāsus datīvus)

CU-I? E-Ī

SERVŌ-I > SERV-Ō

Aemilia Iūliō ōsculum dat. (v. 49)

SERVO-IS > SERV-ĪS

Dominus servĪs mĀla et pira dat. (v. 60)

ANCILLĀ-Ī > ANCILLA-E

Iūlius puellae ōsculum dat. (v. 103)

ANCILLĀ-IS > ANCILL-ĪS

Etiam ancillĪs meĪs mĀla et pira dā! (v. 98)

MĀLŌ-I > MĀL-Ō

Puela laeta mālō suō ōsculum dat. (v. 95) Etiam servī mālīs suīs ōscula dant.

MĀLO-IS > MĀL-ĪS



IS EA ID (prōnōmina persōnālia)


SG.		M.		F.		N.			
nom.	qu-is	> <u>i</u> s	fēmin-a	> e- <u>a</u>	qu-id	> <u>i</u> d			
acc.	puer-um	>e- <u>u</u> m	puell-am	> e- <u>a</u> m	qu-id	> <u>i</u> d			
gen.	cu-ius	> e- <u>i</u> us		> e- <u>i</u> us		> e- <u>i</u> us			
DAT.	cu-ī	> e- <u>ī</u>		> e- <u>ī</u>		> e- <u>ī</u>			
abl.	hort-ō	> e- <u>ō</u>	vīll-ā	> e- <u>ā</u>	imperi-ō	> e- <u>ō</u>			
PL.		M.		F.		N.			
nom.	serv-ī	> e- <u>ī</u>	> i- <u>ī</u>	ancill-ae	> e- <u>ae</u>	cubicul-a	> e- <u>a</u>		
acc.	serv-ōs	> e- <u>ō</u> s		ancill-ās	> e- <u>ās</u>	cubicul-a	> e- <u>a</u>		
gen.	serv-ōrum	> e- <u>ō</u> rum		ancill-ārum	> e- <u>ā</u> rum	cubicul-ōrum	> e- <u>ō</u> rum		
DAT.	serv-īs	> e- <u>īs</u>	> i- <u>īs</u>	ancill-īs	> e- <u>īs</u>	> i- <u>īs</u>	cubicul-īs	> e- <u>īs</u>	> i- <u>īs</u>
abl.	serv-īs	> e- <u>īs</u>	> i- <u>īs</u>	ancillīs	> e- <u>īs</u>	> i- <u>īs</u>	cubicul-īs	> e- <u>īs</u>	> i- <u>īs</u>

UBI? IŪLIA IN CUBICULŌ EST. X QUŌ? IŪLIA, VENĪ IN HORTUM!

Iūlia quīnque rosās in hortō carpit et cum quīnque rosīs ex hortō venit.

Iūlia in hortō iam nōn est. Iūlia in cubiculō suō est.

Syra venit: "Ō mea puella. Venī in hortum!" (v. 17)



ESTNE GALLIA IN EURŌPĀ?

NUM CRĒTA OPPIDUM EST?

NŌNNE PULCHER EST NĀSUS MEUS?

IMMŌ...

Estne Gallia in Eurōpā?

+ Gallia in Eurōpā est. (cap. I, v. 11)

Estne Rōma in Galliā?

- Rōma in Galliā nōn est. (cap. I, v. 11–12)

Num Crēta oppidum est? - Crēta oppidum nōn est! (cap. I, v. 49)

Num Sparta īnsula est? - Sparta nōn est īnsula! (cap. I., v. 50)


Nōnne Germānia in Eurōpā est? + Germānia in Eurōpā est.

Nōnne Iūlia puella proba est? + Iūlia puella proba est.

Nōnne fōrmōsus est nāsus Syrae? Fōrmōsus? Immō foedus est nāsus eius. (v. 26–27)

Nōnne Mārcus puer probus est? Probus? Immō improbus puer est Mārcus.

UBI? HĪC ↔ ILLĪC UNDE?... HINC ↔ ILLINC QUŌ? HŪC ↔ ILLŪC



H-ī-c(e) > Hīc est saccus.

H-ī-c(e) > Hīc est rosa.

H-ī-c(e) > Hīc est mālum.

H-i-c(e)

H-ae-c(e)

H-o-c(e)

> HIC saccus est plēnus mālōrum.

> HAEC rosa pulchra est.

> HOC est mālum tuum.

VIDĒ ETIAM!

- PLĒNUS MĀLŌ-R-UM: *Hic saccus plēnus est mālōrum* (v. 43-44);
- SALVĒ, puer! SALVĒ|TE, puerī!: *Salvēte, filiī! Salvē, pater!* (v. 31–32);
- ES! ES|TE (< est): *Tergē oculōs! Es laeta!* (v. 23);
- DĀ! DA|TE! (< dat): *Etiam servīs dā mala et pira, pater!* (v. 58);
- ET... ET ↔ NEQUE... NEQUE: *et Mārcus et Quīntus māla habent ↔ servī neque māla neque pira habent* (v. 50, 57);
- NŌN SŌLUM... SED ETIAM...: *Filiī quī iam nōn solum* (: tantum) *māla, sed etiam pira habent* : *Filiī quī et māla et pira habent* (v. 56);
- ETIAM: (In villā nōn solum ātrium pulchrum cum implūviō est, sed) *Etiam peristylum magnum et pulchrum in villā est. Audī, mamma – puerī* (nōn solum “Puella sine rosīs pulchra nōn est” dīcunt, sed) *etiam mē rident!* (cap. V, v. 30, 70);
- AD-, AB, EX-, IN-: *Syra ad-est. Mēdus ab-est ā dominō suō. In saccō māla in-sunt. Iūlius ad villam ad-venit. Iūlia laeta ad Iūlium ad-it. Iūlia ē cubiculō ex-it.* (cap. VI, cap. VIII, v. 30, 41–42, 62, 82–83);
- EX A-, E-, I-, O-, U-, H-: *ex ātriō, ex hortō* Ē/EX + B-, C-, cēt: *ē/ex villā*;
- AB A-, E-, I-, O-, U-, H-: *ab oppidō* Ā/AB + B-, C-, cēt: *ā/ab villā, ā/ab Iūliō*.